

*Nam istis qui linguam avium intelligunt
Plusque ex alieno iecore sapiunt, quam ex
suo*

*Magis audiendum quam auscultandum
censeo.*

Actius verò.

*Nil credo, inquit, auguribus qui aures ver-
bis ditant*

Alienas, suas ut auro locupletent demos.

Tertium his Ennium addiderim, qui ve-
tusta illa, & venerabili facundia, hos ipsos
elegantè irridet, ut verbis etiam eius
vtar :

*Qui sui questus causa fectas suscitant sen-
tencias.*

*Non enim sunt ii aut scientia, aut arte di-
uini :*

*Sed superstitiosi vates impudentesque ha-
rioli,*

*Aut inertes, aut insani, aut quibus egestas
imperatur.*

*Qui semitam sibi non sapiunt, aliis mon-
strant viam*

*Quibus diuitias pollicentur ab his drach-
mam ipsi petunt :*

*De his diuitiis sibi deducant drachmam,
reddant cetera.*

Hæc Ennius. His & quartum aggregaue

O. iij.